

### A n h a n g.

Urkunde K. Heinrichs II. vom 23. Juli 1021, durch welche er dem Stifte Gandersheim einen Comitatus schenkt.

C. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Si fidelium nostrorum uotis probabilibus benignum praebendo assensum iusta illorum desideria in humanis maxime autem in aecclesiasticis utilitatibus clementer audimus atque perficimus, id profecto et animae nostrae saluti atque regni stabilitati proficere certissime confidimus.

Proinde nouerit omnium Christi nostrorumque fidelium uniuersitas qualiter nos per interuentum dilectae coniugis nostrae CVNIGVNDAE uidelicet imperatricis augustae nec non fidelissimi nostri PILIGRIMI uenerabilis Coloniensis aecclesiae archiepiscopi immo familiaris nostri MEINVERCI sancte Paterbrunnensis aecclesiae pontificis pro amore atque petitione nominatenus sororis re autem consanguineae nostrae domnae Sophiae Gantheresheimensis monasterii matris atque dominae nec non pro recordatione atque requie patris nostri Henrici magni Bauuariorum ducis animae, cuius ossa in eodem requiescunt monasterio, talem comitatum qualem Boto comes ex imperiali nostro tenuit munere infra hos quippe pagos Gandesemigauui, Grenigauui, Friethenigauui, Flenithigauui, Aurganagauui, Venzigauui, Eriggauui et insuper quicquid in his duobus pagis Swilberigauui et Ommergauui uisus est habere, ad altare sanctorum confessorum pariterque pontificum beati scilicet Anastasii atque Innocentii, in quorum honore praedictum Gantheres-